Fragmentarium

constitutum ordines sacerdotum et leuitarum
uniuscuiusque in ministerio suo et oblati
one lignorum in temporibus constitutis. et in pri
mitiis. Memento mei deus meus in bo
num. Amen. Explicit liber esdre secundus.

Incipit liber tercius.
Et fecit iosias pa
scha in ierosoli
mis domino. et immo
lauit phase. xiiii.
luna primi mensis.
statuens sacerdotes
per uices ad stolis a
mictos in templo
domini. Et dixit leuitis sacris filiis israel:
ut sanctificarent se domino in positione sancte
arce domini. in domo quam edificauit sa
lomon filius dauid rex. Non erit uobis
tollere super humeros eam. Et nunc de
seruite domino deo uestro. et curam agite gen
tis illius israel. et preparate secundum pagos et tri
bus uestras. secundum scripturam regis dauid
israel. et secundum magnificentiam salomonis fi
lii eius omnis in templo. Et secundum particu
lam principatus patriam uestram.
eorum qui stant in conspectu fratrum
filiorum israel. Immolate pascha et sacri
ficia parate fratribus uestris. et facite secundum
preceptum domini quod datum est moysi.
Et donauit iosias in plebem I
que inuenta est oues agnorum et edorum
et capriarum. xxx. milia. uitulos. tria milia.
Hec de regalibus data sunt. secundum pro
missionem populo et sacerdotibus in pascha.
oues numero duo milia. et uitulos. c. Et
iechonias. et semeias. et natha
nael fratres. et asabias. et ochiel. et co
robat. in phase. oues. v. milia. ui
tulos. d. Et hec cum fierent ele
ganter. steterunt sacerdotes et leuite
habentes azima per tribus. Et secundum par
tes principatus patrum. in conspec
tu populi offerebant domino. secundum ea que
in libro moysi scripta sunt. Et as
sauerunt phase igne. prout oporte
bat. et hostias coxerunt in eneis.
et ollis cum beniuolentia. Et attule
runt omnibus qui erant ex plebe. et
post hec parauerunt sibi et sacerdotibus. Sa
cerdotes enim offerebant adipes usque
quo finita esset hora. et leuite parauerunt
sibi et fratribus suis filiis aaron. Et sacrifi
catores fialas offerebant super ordi
nem secundum preceptum dauid. et asaph et aça
nias. et ieddinus qui erat a rege. et ho
stiarii per ianuas singulas. ita ut non
preuaricaret unusquisque suam. fratres enim eorum
parauerunt illis. Et consummata sunt que perti
nent ad sacrificium domini. In illa die ege
runt phase. et offerebant hostias super
sacrificium domini. secundum preceptum regis
iosie. Et egerunt filii israel qui inuenti
sunt in tempore illo phase. et diem festum azi
morum per dies. vii. Et non est celebratum phase
tale in israel a temporibus samuel prophete. et
omnes reges israel non celebrauerunt tale pas
cha. quale egit iosias et sacerdotes et leui
te. et iudei et omnis israel qui inuenti sunt
in commemoratione ierosolimis. Octauo
x. anno regnante iosia. celebratum est pha
se. Et directa sunt opera iosie in conspectu
domini sui in corde pleno metuentia. et
que circa illum quidem scripta sunt in prioribus
temporibus de eis qui peccauerunt. quique irre
ligiosi fuerunt in dominum preter omnem gentem. et
que non quesierunt uerba domini super israel. II
Et post omnem actum hunc iosie. ascendit
pharao rex egipti ueniens abitem in
charchamis super eufraten. Et exiuit
obuiam illi iosias. Et misit rex egip
ti ad iosiam dicens. Quid mihi et tibi est
rex iudee. Non sum missus a domino ut
pugnem contra te. Super eufraten enim bel
lum meum est. festinans descende. Et non est
reuersus iosias super currum. sed expugna
re eum conabatur. non attendens uerbum
prophete ex ore domini. Constituit aduersum bellum
in campo metedas. Et descenderunt prin
cipes ad regem iosiam. Et dixit rex pueris
suis. Amouete me a prelio. Infirma
tus sum enim ualde. Et statim amoue
runt eum pueri ipsius de acie. Et ascen
dit super currum secundum suum. et puer est
ierosolimam uita functus est. et sepultus
est in patrio sepulcro. Et in tota iudea
lugebant iosiam. et qui principes erant cum

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 30, (seq. 7) – Bible in the Latin Vulgate version (https://fragmentarium.ms/view/page/F-fi0z/1118/15788)